

Potentiae in Lucania (X 450, 451 vidit Mommsen). — 1) Eidem Mefiti Utianae dedicati sunt etiam tituli X 452, 453. Contra in tegulis repositis prope Capuam non Utiana dicitur Mefitis, sed est Mefitu sacra (X 5844 p. 976). De ipsa Mefiti cf. Preller Roem. Myth. 2 p. 144 ed. Jordan.

4028 . . Mefiti fisicae¹ . . .

Saponarae in Lucania (X 205 vidit Mommsen). — 1) Idem cognomen in Venere supra N. 5480 (cf. Buecheler mus. Rhen. 45, 1890 p. 474).

4029 Mefiti | L. Caesius | Asiaticus | Vvir Flavialis | aram et mensas III | dedit. L. d. d. d.

Laude Pompeia (Lodi) (V 6553 vidit Mommsen).

4030 Orfia Attice | C. Aponi Sabini | Praestitae¹ | v. s. l. m.

Prope Aquilam (IX 4522 bis descripta saec. XVI). — 1) Praestitiam quandam deam memorat Tertullianus ad nat. 2, 44, Praestanam Arnob. 4, 3.

4031 Quartane¹ | votum red|det libens | merito | Byrria Seve|rilla.

Nemausi, litteris fere tertii p. Chr. saeculi (XII 3129 Hirschfeld vidit eotypum). — 1) Cf. Iuvenal. 4, 57 cet. — Quartanas (traditur: certanas) 'Saturni filias affirmavit antiquitas, si fides Theodoro Prisciano (p. 81 ed. Neuenar, p. 250, 24 ed. Rose).

4032 Albsi patre.

Amiterni ut dicebatur rep., postea Romae, lamina aenea (IX 4177 vidit Henzen). Intellege: Albsi patri.

4033 Patri Reatino¹ sacr. | ob honorem Augustor. | Vviri August. : | T. Betuinus Félix, | . . Licinius Successus, | (sequuntur alia nomina quattuor). In latere: L. d. | d. d.

Reate (IX 4676 vidit Mommsen). — 1) Cf. Pater Pyrgensis supra N. 3859.

4034 C. Varius Hermes | sancto Sorano¹ | Apollini pro sal. | sua et filii sui et | patroni sui et | coniugis eius.

Prope Falerios (Civita Castellana) rep. (Notizie degli scavi 1899 p. 48). — 1) Cf. Serv. ad Verg. Aen. 11, 785; Preller R. Myth. ed. 3 I p. 268.

4035 Supunne | sacr.

Fulginiis (XI 5207 vidit Mommsen).

4036 dis deabusq. | Primitivus | deae Nort.¹ | ser. act.² | ex voto.

Volsiniis (XI 2686 ter vel quater descripta saeculis prioribus). — 1) De dea Nortia cf. supra N. 2944 (not. 2), item Preller-Jordan Roem. Myth. II p. 189. Titulus deae Nortiae Orell. 1854 falsus est (XI 225). — 2) Nescio an idem Primitivus qui in titulo Volsiniensi XI 2744 dicitur r. p. (sc. Volsiniensis) ser. act.*

4037 ex auctoritate imp. Caes. | M. Aurelii Antonini Pii Felic. | Aug. Parthic. max., Britt. max., | pont. max., et decreto coll. | XV sac. fac.¹, Servius Calpurnius | Domitius Dexter² promagist.³ aram | Circes⁴ sanctissimae restituit. | Dedicat. XVII k. Iul. imp. Antonino | Aug. III, Balbino II cos.⁵

Terracinae olim, fortasse, ut coniecit Mommsen (cf. not. 4), rep. Circeis